



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 3. Misericordiæ apud Deum retributio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

uentus cùm esset, fuit, qui se eum, media cir-  
citer nocte, per scalas descendenter audi-  
uisse diceret. Adeunt igitur puteum in atrij  
vmbilico stantem. Inspiciunt curiosius, re-  
periuntque in caput præcipitem lapsum, &  
aquis suffocatum. Fit clamor, concurritur,  
luctus ingens omnes inuadit, sed mox in ad-  
mirationem & gaudium mutandus. Nam  
postquam eum iniectis funibus, resupinum  
è puto extraxerunt, collum aureo torque  
ornatum videbatur, ita splendebat. Sed non  
erat torques; litteræ erant supra aurum ef-  
fulgentes, quæ hanc sententiam expresse-  
rant: **PRIVSQVAM HOC CORPVS IN AQVA**  
**FRIGIDVM FACTVM EST**, **ANIMA ILIVS**  
**AB ANGELIS IN CAELVM PORTATAES**.

## §. III.

*Misericordia apud Deum retributio.*

Ecce tibi talionem, & retaliationem. Quemadmodū enim opera iniustiæ, ita & opera misericordiæ suam habent compen-  
sationem; neque maior est spes diuinæ mi-  
sericordiæ impetrandæ, quam si in opere mi-  
sericordiæ ipsi moriamur. Hac opera sunt  
insignia, atque ornamenta eorum, qui ut  
nobiles & illustres Dei Filij se gerunt. Mi-  
sericordia est torques aurea, qua se sponso suo

C 2

animæ

gita-  
fieret  
tabat  
hau-  
non-  
m ex-  
ur &  
gilia,  
n in-  
item:  
m est  
Quam  
us ita  
tutus  
lidis.  
aque  
am è  
o fe-  
ntia,  
omi-  
dum  
, at-  
pon-  
die,  
ndi-  
ertus  
e in-  
ntus

36 Cap. III. An sit virtutum quoq;<sub>z</sub>

animæ condecorant. Qua de caussa dicitur  
Prou. 3. 3. à Salomone: Misericordia & veritas te non  
deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe  
in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam, &  
disciplinam bonam, coram Deo, & hominibus.

S. Chrys. Quæ verba exponens S. Chrysostomus ait:  
epist. ad Philip.

Luc. 6.

Sicut filij Principum torques aureas, & catena  
gemmae ornatae collo appendere solent in signum  
nobilitatis, ita planè qui filiorum Dei adoptio-  
ne gaudent, libenter his opibus & ornamenti  
fulgent, tamquam filij eius, qui misericors est.  
Estote ( ait Christus ) misericordes, sicut & Pa-  
ter vester misericors est. Et post pauca. Torqui  
hunc aureum animæ aptemus ( eleemosynam di-  
co ) quam diu scilicet hic fuerimus. Nam cùm  
atas hac præterierit, non amplius eo utemur.  
Quod enim in pueris evenit, ut cùm ad virilem  
atatem permenerint, ista deponant, atq; alium  
assumant ornatum, idem quoq; in nobis: etenim  
ibi non erit eleemosyna ista, quæ pecunijs fit, sed  
alia quadam longe maior. Quænam? Nimirū  
reuelatio arcanorum, quam hi, qui gloria  
superiores sunt in cælo, quasi stipem quam-  
dam inferioribus, ac sibi subjectis erogant,  
Dei videlicet consilia manifestantes. Quam-  
quam autem diuiti supradicto, ea retributio  
facta sit, ob misericordiam, quam Christo

in mendici schemate exhibuit, lex tamen illa est generalis, extenditq; se se ad omnia, quæ alijs præstamus, etiam alia, quā misericordiæ opera. Ait enim: *Omnia, quæcumq; vultis.* Matth. 7<sup>o</sup>  
*ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* 12<sup>o</sup>  
*Hæc est enim lex & Propheta, hoc est, summa*  
*totius legis, & Prophetarum.*

§. IV.

*Veniam dantes homini, veniam impetrare apud Deum.*

Talionem petere nos jussit Seruator etiam tunc, quando docuit sic orare: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cuius consolabile exemplum recitat Blasius Melanesius, & post eum Baronius, de Ioanne Gualberto, adhuc sæculari, qui postea sanctissimus Abbas ac pater monachorum Vallis umbrosæ fuit. Is enim inimicitarum ac irarum parentis non minus, quam facultatum hæres incidit aliquando Domini in hostem interfectoremq; propinqui sui, 1051. 1. cuius diu exoptauerat interitum, loco tam angusto, ut neuter posset de via deflectere.

Blas. Melanes. in vita eius apud Sur. 12. Iul. & Baron. tom. II. ad Anno